

Nos Alexander s: Laurentij in Damaso Diaconus Cardinalis de Farnesio S.R.C.
 Vicecancellarius fidem facimus, et attestamur qualiter hodie, die Mercurij xxvi Januarii
 M.D. lxxvii Pontificatus s: m: D. N. D. Pij Diuina Providence Papa quarti anno quinto,
 in Consistorio secreto apud s: Petrum, Reuerendiss: DD. mei Cardinals Moronus et St:
 moneta, nuper reuersi à sacro Concilio Tridentino, cui uti sedis Apostolica Legati
 praeerant, petierunt ab eodem sanctissimo D. nrō, ut infra

Beatissime Pater in Decreto super fine Concilij Oecumenici Tridentini pridie
 Nonas Decembrii praeferiti publicato, statutum fuit ut per Sanctitatis Vestrae et sanctarū
 sedis Apostolica Legatos et Presidentes petetur nomine dicti Concilij a sanctitate uestra
 confirmatio omnium et singulorum quæ tam sub fel. rec. Paulo iii et Julio ii quam sub
 Sanctitate Vestra in eo decreta et definita sunt. Quapropter nos Joannes Cardina-
 lis Moronus, et Ludovicus Cardinals Simonetta, qui tunc Legati et Presidentes
 examus, uolentes, exequi quod in dicto Decreto stabiliter fuit, humiliter petimus
 nomine dicti Concilij Oecumenici Tridentini, ut Sanctitas Vestra dignatur confirmare
 omnia et singula quæ tam sub fel. rec. Paulo iii et Julio ii quam sub Sanctitate
 Vestra in eo decreta et definita sunt.

Quibus auditis, Sanctitas sua, uiso et leito tenore dicti Decreti et habitis
 uotis Reuerendiss: DD. meorum Cardinalium respondit per Sacra verba

Petitioni nomine Concilij Oecumenici Tridentini super eius confirmatione
 per dictos Legatos nobis facte annuentes, omnia et singula quæ in dicto
 Concilio tam sub fel. rec. Paulo iii et Julio ii prædecessoribus nostris, quam
 Pontificatus nostri tempore decreta et definita sunt, auctoritate Apostolica etiam
 de Venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium consilio, et assensu, matura
 cum illis deliberatione probabita, confirmamus, atque ab omnibus Cœrulis,
 fidelibus recipi et inviolabiliter obseruari mandamus In nomine Patris, et
 Filii et Spiritus Sancti Amen.

Ita est A. Alexander Cardinalis
 Farnesius Viccancell: